

135 Cùm fuerint 3. numeri quorum primus fit maior fecundo & volueris primum diuidere per talem numerum vt exiens æquetur tertio numero addito ei quod prouenit diuifo fecundo per eundem diuiforem veluti fit 36. primus numerus 4. fecundus 16. tertius volo diuidere 36. per talem numerum vt exiens æquetur 16. & ei quod prouenit diuifo 4. per eundem diuiforem tunc detrahe 4. fecundum numerum ex 36. primo remanent 32. diuide 32. per 16. exit 2. numerus quæfitus nam diuifo 36. per 2. exit 18. & diuifo 4. per 2. exit 2. qui additi ad 16. faciunt 18.

136 Omnium duorum numerorum excessus quadrati maioris ad quadratum minoris tantus est quantus est numerus productus ex aggregato illorum differentiam eorundem veluti capio 7. & 4. quadratorum differentia est 33. nam quadratum 7. est 49. & quadratum 4. est 16. quorum differentia est 33. dico igitur quod 33. produci- tur ex aggregato 7. & 4. & est 11. in differ- entiam 7. & 4. & est 3. nam 3. in 11. facit 33. & ita de alijs.

## CAPVT XLIII.

*De Myfticis numerorum proprietatibus.*

**S**Vnt & diuinæ quædam numerorum vir- tutes religione ac rerum ipfarum or- dine celebratæ, quas qui intelligit ad arca- na secretiora penetrare poterit, vnde illa Hierarchiarum cœlestium diuina Dionysij Areopagitæ enarratio explicari poterit: in genere autem sacri Codices hos celebrant numeros: In primis vnitatem prout superius explicauimus post. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 30. 38. 40. 42. 46. 50. 60. 72. 77. 80. 83. 99. 100. 112. 120. 150. 153. 200. 300. 400. 500. 600. 666. 1000. 10000. 12000. 100000. 144000. 1000000. 10000000. 100000000. Omnes autem numeri sunt 54. quos non ab re scire puto non solum ob Sacræ Paginæ intellectum & diuinæ Maie- statis reuerentiam, sed etiam ob futurorum euentuum cognitionem cum singula propria habeant significata 1. Deum propriæ ostendit atque quæ ex eo fidem, Baptisma, congregationem, pacem. 2. mandata, fœdus, Christi naturam: diuisionem bonorum & malorum 3. Diuinas personas, leges diuinam, moralem, naturalem, Christi mysteria & perfectionem omnem nam eo comprehenduntur principium medium finis futurum præ- sens præteritum dimensionis & animæ sufficientia. 4. in præfigurationibus Euange- listarum & sacri Codicis mysteriis tribui- tur finem etiam nostrum quantum ex 4. coalescimus elementis, & in illa redimus, plagas etiam orbis. 5. in Mosayca perfectione, in vulneribus Christi: 6. eâ feriâ creatus mundus, Christus passus, eâ ætate in mun- dum venit: vitæque humanæ cursus demon- stratur. 7. dona Spiritus sancti requiem & sabbatum vetus Testamentum & vniuersam Ecclesiam. 8. futuræ resurrectionis osten-

Tom. I V.

dit mysterium, & beatitudinem. 9. ordines Hierarchiarum, & Christi passionem, & im- perfectionem significat, quantum à denario deficit. 10. perfectionem signat, vnde nume- rus fuit præceptorum, & complementum ordinum cœlestium ostendit, vnde decima dragma humanum genus redimendum decla- ratur. 11. defectum & prauaricationem legis, & vocatos ad diuina nouissimè præsignat. 12. Apostoli, Patriarchæ, Principes, fontes, lapides à Iordane sublatis in altari positi: Prophetæ iudicium sedebunt enim iudicatu- ri 12. domus Israël: vnde etiam cophinorum numerus superfuit in testimonium. 13. ap- paritionem Domini notat, Stella enim eo die apparente Magi adorauerunt. 14. Pas- sionem Christi ex immolatione Agni, deci- ma quarta Luna Aduentum Domini in car- ne, & duplicata Spiritus sancti dona osten- dit. 15. Ascensionem ad diuina ex gradibus in canticis Psalmorum, perfectionemque vitæ huius & complementum vtriusque Testamenti in Passione Domini. 16. Pro- phetas complectitur omnes, 4. maiores qui sunt Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, & 12. vocatos minores & choros merito Sanctorum vtriusque Testamenti. 17. la- uacrum baptismi ex Noë figura diluuij. 18. perfectionem operum in triplici statu. 20. geminatam gratiam mandatorum Dei ex dilectione cum charitate, vt in Iacob ad labam designatur. 21. trium hebdomadum Danielis mysterium ostendit, subsidium di- uinæ bonitatis post præteritas calamitates. 22. cognitionem perfectam diuinæ Scriptu- ræ, nam totidem libris Testamentum vetus absoluitur. 24. mysteria superna ex laudanti- bus senioribus indicat, absolutusque numerus est vtriusque Testamēti sapientes ostendens. 25. Apostatæ à fide cognoscuntur vt Ezechie- lis. c. octauo. at 30. vitam connubialē sanctam attestatur, & maturam perfectionem operū, & præciosam Christi venditionem insinuat. 38. imperfectam & languidam charitatem erga Deum, & homines, ostendit, infirmam- que fidem vnde Plaracitus 38. annis ad Pi- scinam sedebat. 40. omni expiationi accom- modatur, Ieiunio, pœnitentiæ, vnde Qua- dragesima etiam ab hoc dicta, & omnia qui- bus expiatio fieri solet Quadragesimo ab- soluuntur vt etiam sic pestis contagione suspectos perfectis diebus 40. absoluamus 40. annis Propheta fletū commemorat quasi expleto iam expiationis tempore tēpore libe- rationis à Domino iure debeat impetrari. 42. peregrinationem vitæ huius & seculi gene- rationes & longanimitatem Dei in præfe- rendis peccatis nostris ostendit: eò delata Ie- rosolyma vt in præfiguratione Leonum ostē- sum fuerat per Helisum in Betel. 46. adifi- cationem Templi ex qua incarnatio ac ge- neratio Christi designabatur nam 6. in 46. faciunt dies 276. at 50. est relaxationis. Vnde Iubilæus eo anno statuitur: plenissimamque quietem à resurrectionis die: promulgationē etiam Dei mandatorū ostendit 60. est viduo- rum designatrix vt in parabola seminis & & perfectam mandatorum Dei custodiam demonstrat, constat enim ex. 10. ac. 6. multi- plicatis. 72. Discipulorum Christi numerus non